

Sabino, *k*) libertatem videlicet sibi retinens sentiendi, quod sibi cum ratione conveniens videretur, & dissentiendo a quo-cunque, etiam a Præceptoribus suis, etiam ab Imperatori-bus, *l*) sed modeste tamen, unde potissimum, dum ab Ulpiano dissentit, eum non nominat, sed voce *quidam*, vel *ille m*) &c. utitur, quin imo non dissimulat, sed ingenue sa-tetur, ubi vel advocando, *n*) vel sententiam ferendo *o*) suc-cubuerit, ubique laudabili instituto, unde & ab Imperatori-bus magni habitus, ac variis officiis decoratus fuit, ejusque communiter a Scriptoribus honorifica injicitur mentio. *p*)

- a) *I. i. obs. 6. pag. m. 12.* b) *I. illud 40. ff. de heredit. petie.*
- c) *I. si finita 15. §. illud. 32. ff. de damn. inf.* d) *I. cum quis 31. de dolo malo.* e) *I. si colonus ff. de A. & A. P.* f) *I. 40. ff. eod.*
- g) *I. 3. §. 8. & 9.* h) *d. I. i. obs. 7.* i) *I. 11. §. 1. de reb. cred.* k) *I. 2. §. 2. pro emtore.* l) *Bertrandus. Henelius, Eberlinus dd. ll.*
- m) *vid. dd. Autores dd. ll.* n) *vid. I. 78. §. 6. de legat. 3. & Henel. d. I. p. 152. seqq.* o) *I. 97. de acq. hered. ubi secundum Papinianum pronunciavit Imperator.* p) *vidi dd. Autores dd. ll.*

§. VI.

Graviter tamen ab Hottomanno *a*) increpatur, dum eum hominem Græcum, *b*) litigiosum, natura controversum & hostem antiquis JCtis nominat, quæ increpatio an ex me-ritis causæ fuerit, quam ibidem tractat Hottomannus, ipse viderit. Nævis quibusdam laborasse Paulum, non est negan-dum, interque eos non minimum fuisse studium contradicendi nimium, sæpius affectibus magis suffultum, quam ra-tionibus prægnantibus. Omnino enim ex diligentí trutina-tione centonum, quos nobis in Pandectis reliquit non ma-gnopere laudabilis Tribonianus diligentia, cuivis patebit, maximam æmulationem inter Paulum & ejus commilitonem Ulpianum fuisse, quæ in tantum aluit studium a se invicem dissentendi, ut fere pignoribus pretii non contempnendi cer-

B

tare